



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 34. Bellum sacrum in Hispania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Padum cruento prælio superaret hostem, sæcul. XIV.
 ac Ferrariam reciperet die S. Augustini A. C. 1309.
 28 Augusti eodem anno.

§. XXXIV.

Bellum sacrum in Hispania.

Interim in Hispania armabatur sacræ
 crucis exercitus spectatu dignior. Ja- Mariana
 cobus II Arragonum, ac Ferdinandus IV l. 15. c. 9.
 Castiliæ Reges e Maurorum discordiis Kayn. n. 25.
 capturi fractum, Granatense ut regnum 26.
 invaderent, vires sociarunt suas, & ad
 Summam Sedem Legatos miserunt, hic
 Zamorensem, Pontium alter Ilerdanum
 Episcopos. Papa Clemens 24 Apr. 1309
 Valentino Hispaniæ Præfuli scripsit, ut
 Arragonibus sacrum suaderi bellum cu-
 raret, sponderique indulgentias Palæsti-
 nam petentibus concedi solitas. Permi-
 sit simul, ut Jacobus per triennium de-
 cimam omnium proventuum sacrorum,
 exceptis redditibus Ordinum militarium
 in terris suis exigeret; &, quotquot e
 Clero hanc sequerentur militiam, pro-
 ventus suorum beneficiorum, etiamsi a-
 nimarum cura essent prædita, in bien-
 nium venderent, aut alienarent, salvo
 tamen servitio divino. Multi hanc ad
 expeditionem Præfules sese Regibus jun-
 xere, & Jacobo quidem inter alios
 Guilielmus Rocabertius Archiepiscopus,
Histor. Eccles. Tom. XXII. Uu Tar-

Sæcul. XIV. Tarraconensis, ac Raymundus Episcopus
A.C. 1309. Valentinus; Regis Cancellarius; Ferdinando autem duo Archiepiscopi, Hispalensis, & Consalvus Toletanus, quem Papa per terras hujus Principis suum agere Legatum jusserat. Capta est Septa; obsessæ sunt Almeria, & Algësira: sed denique molitionis magnitudini non respondit fructus.

§. XXXV.

Regem Henricum agnoscit Papa.

Postquam Henricus Luxemburgius in Romanorum Regem Aquisgranum coronatus fuerat, etiam Romæ sibi a Papa coronam imponi cupiebat: & hoc sine
Rayn. 1309. Præsules Proceresque Avenionem misit
n. 9. 10. tanquam Procuratores suos; scilicet Ot-
Baluz. to. 2 tonem Basileæ ac Siffridum Curiae E-
p. 265. piscopos; Amadeum Sabaudie, Joannem Delphinum Albonæ ac Viennæ, Guidonem Flandriæ, Joannem Saræ Pontis Comites, Doctoremque Simonem Martisvillanum Metensis thesauri sacri Custodem, suumque scribam. Delati Avenionem sub primam Julii anno 1309
Bal. p. 272. Papæ decretum electionis exhibebant & factam sibi per litteras potestatem ei jurandi fidem, poscendique coronam imperatoriam. Clemens Henricum agnoscebat Regem Romanorum, sponde-
Sup. §. 32. bat